

Georg Radow    Johann Barclay de Tolly

## **Dissertatio Iuridica Inauguralis De Retorsione**

Rostochii: Kilius, 1668

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn74005452X>

Druck    Freier  Zugang




Widerlegung

R U Jahr 1668.

Georg Radovius, Pr. /a

Johannes Barclai de Tolli, Resp.







DISSERTATIO JURIDICA  
INAUGURALIS  
*De*  
**RETORSIONE**

Universitäts-  
Bibliothek  
Rostock

*Quam*  
Favente SS. Trinitatis gratia,  
Decreto & auctoritate Magnifici JCorum Ordinis  
in illustri Academia Patria.

PRÆSIDE

*VIRO Nobilissimo Amplissimo atq; Consultissimo*

**DN. GEORGIO RADOVIO,**

J. U. D. & Profess. Publ. Nobilissimorum Sta-  
tuum Ducatus Megapolitani Syndico meritissimo & Fa-  
cultatis suæ hoc temp. Decano spectabili


Fautore ac Promotore suo reverenter colendo

Pro Licentia, summos in Utroq; Jure honores  
ac Privilegia, justo solennique ritu consequendi

*publico examini submittit*

**JOHANN. BARCLAI DE TOLLI,**  
ROSTOCHIENSIS

*In auditorio Majori ad diem XXX. Jun.  
horis ante & pomeridianis.*



ROSTOCHII, Typis JOHANNIS KILII, Acad. Typ. 1668.



DISSERTATIO JURIDICA  
IN ACADEMIA  
DE  
**RETORSIONE**

Favente SS. Trinitatis gratia  
Doctoro & subdomeño Magnifico Rectori Ordinari  
Universitatis Academiæ  
**TR E S I U R**  
NRO Nobilitate Illustrissimo & Reverendissimo  
**DN. GEORGIO RADOVIO,**  
J. U. D. & Procto. Publ. Not. Illust. in  
Communitate Magyboronensi & in  
civitate sua & in loco  
Favente Trinitatis  
Prof. Rectori Illustrissimo in loco  
Magyboronensi & in loco  
Johann. Radovio  
Rostockiensi  
Dissertatio Juridica  
de Retorsione  
Rostockiensi





# I. N. D. N. J. C.

## PRO O E M I U M.



nam res experiuntur sortem  
omnes, eã subiit jam olim  
hodiernũ sustinet legitimũ  
commodissimũq; propul-  
sanda verbalis injuriã reme-  
dium, RETORSIONEM q; Cui  
quod appellitant. Nimi-  
rum, sicuti nihil unquam  
inter omnes homines ita

est vel fuit indubitatum ut non possit, licet sit ju-  
stissimum, quandam tamen, eamq; sollicitam susci-  
pere dubitationem, teste Imperatore Justiniano Nov.  
44. cap. 1. §. 3. maxime apud eos, qui peritiores aliis  
esse, vel videri minimum volunt, juxta rescriptum  
divorum Fratrum, id est, Marci Antonini Philoso-  
phi, & Aelii Veri ad Quintil. in l. 17. si. de Jur. Pa-  
tron.

A 2

Ita



Ita reperiuntur ex ipso etiam *J*ctorum ordine nonnulli, qui injuriarum Retorsionem, in se suaq; natura (de abusu *S* iis, qua per accidens fiunt, non loquimur) omni juri convenientem, communi DD. sententia, *S* omnibus ferè in locis receptam, tot præjudiciis firmatam, abs expeditissima injuriæ propulsandæ, Jurisq; nostri conservandi commoditate non tantum, sed evidentissima insuper æquitate multis nominibus deprædicatam *S* commendatam, uti jurares neminem futurum, qui vel contradicere audeat, quasi Jus in perniciem rei privatæ *S* publicæ, ex maligni, dubio procul, illius genii, qui Calumniator *S* Mendax à Servatore nostro apud Johann. cap. 8. 44. dicitur ac nuncupatur, ingenio derivatum, eoq; ex *T*heatro *S* foro Juridico, procul ad Garamantas *S* Indos exterminatum velint. Eminent inter hos omnes Dominus Henningius Rennemannus *J*ctus cætero qui eximius Clarissimusq;, qui, dum speciali quodam libello seu commentario, quem de Jure Retorsionis contra verbales injurias hodie passim usurpato, singulari studio atq; opera, illius oppugnationem suscepit, id forte an laudis promeruisse videtur, quod sc. pro falso non minus quam vero, Eloquentiæ vires intendere potuerit. Nos tantis quidem, quibus ille, ingenii doctrinaque viribus non instructi, bonitati tamen atq; Justitiæ  
causæ,



causa, quam defendendam suscepimus, confidentes, contrarium Dissertatione hac inaugurali, quatenus per angustiam temporis pagellarumq<sup>3</sup>, quarum numerus Amplissima Facultatis Statuto determinatus est, id fieri poterit, defensu abimus; usuri eo potissimum ordine, atque methodo, qua ipsam Jurisprudentiam in artem redactam, docendamq<sup>3</sup> esse, rectissime statuit Excellentiss. Dn. D. Tabor. part. 1. Jurispr. Method. th. 5. Præmissa enim Definitione nominis, & rei, hujus deinceps Causas; Efficientem sc., Materialem, Formalem, atq<sup>3</sup> Finale[m] suppeditabimus. Subjungemus porrò Effectum. Et tandem quoque Contraria. Deus conatibus adsit!

### THESIS I.

**A**c, si quidem verum hujus, contra verbales injurias, remedi[n]i nomen requiras, DD. id voce planè barbara Retorquitionem, vel Retorquitionem communiter dicunt. *Alex. de mol. & Castrens. ad rubr. & l. 1 ff. quod quib<sup>3</sup> Juris in alium statuit. Coihm. Vol. 2. R. 59. num. 121.* Alii eadem elegantia utuntur verbo Reproperationis, quasi reproperare idem sit quod retorquere *Anton. Capyc. Decis. Neapol. 18. num. 1. & 2.* Nonnullis dicitur Mentita; ita ut mentitam dare, idem ipsis sit, quod injuriam retorquere. *Hazpr. tract. crim. ad S. 12. Instit. de injur. num. 121.* verum & hoc minus congrue; Quamvis enim largiamur communissime injurias retorqueri generali illa formula; tu mentiris, manebit tamen adhuc, admodum hic æque ac in superioribus denominationibus, latinitatem esse suspectam, & si præterea à modo retorquendi desumenda foret appellatio, angustio[re]m tamen futuram hanc vocem, quam quæ omnibus aliis, usq<sup>3</sup>; non minus, quam superior illa,

A 3 usitatis



usitatis formulis applicari queat. Retinendum ergo duximus nomen Retorsionis, uti regulariter scribitur, & que ac in jure Canonico legitur Extorsio *cap. 21. X. de Jurejur.* quamvis non diffiteamur, nec ab illis quicquam peccari, qui utuntur voce Retorsionis, habito respectu ad lupinum verbi retorquere, cui suam utraq; debet vox originem, quodq; Latinis idem significat quod repellere, remittere atq; reflectere, ut ex Cicerone, Catone, Ovidio, Seneca, aliisq; pluribus demonstrari posset, si id temporis institutionis nostrae ratio pateretur. Interim quam maxime ad rem presentem facere videtur textus in *l. 14. §. 6. ff. de bon. libert.* Ubi Ulpianus ait: *ignoscendum esse ei, qui petitus retorsit crimina, si se voluit ulcisci provocatus.* conf. ratione istius Orthographiae *Guilielm. Budæus annot. ad l. 1. ff. de J. & J.*

## II.

Cum autem absolute, & ullo sine addito, voce Retorsionis in dissertationis nostrae titulo. s. inscriptione usi simus, neq; tamen nos lateat, non uno eodemq; modo vocem illam absolute positam à DD. accipi; operæ pretium facturos nos esse speramus, si eam, priusquam ad definitionem rei progrediamur, ab æquivocatione etiam liberaverimus. Usurpatur autem, vel de Retorsione Juris novi, quod vel Magistratus, qui regenda Reipublicæ præest, ex dolo, aut culpata, non ex consilio Assessoris. *l. 2. ff. quod quisq; Jur. in ale.* Vel per sententiam, aut Statutum quodcunque, contra Jus commune, constitutiones Imperii, & consuetudinem universalem cum effectu statuit; vele tiam litigantium aliquis, non tamen Procurator, impetravit, aut quovis modo usus fuerit per *l. 3. prin. d. l. Hahn. ad Wesenbet. d. tit. num. 2. & 3. Carpzov. p. 3. F. const. 38. def. 1. 2. 3. seq. usq; ad d. 15. Berlich. part. 3. conclus. 51. Cothm. V. 1. Respon. 43. num. 98. Andreas Rauchbar. 2. quest. 19. vel 2. de Retorsione Injuriarum verbalium; & tum vel de mutua accusatione, seu anticategoria Anton. Mathæi de crim. ad tit. 13. lib. 43. n. 1. 2. seq. vel de privata Injuriarum vindicta, quæ alio nomine vocatur injuriarum relatio, *Md. belträh. decis. 18.* Injuriarum compensatio. *Berlich. part. 5. conclus. 64.* imo & recriminatio, ut videre est in tractat. *Obrechts. de necessaria defensione cap. 3. num. 9. & Tabor. Armamentar. Justi. D. 4. c. 2. th. 7.**

## III.



### III.

Et in hac postrema significacione, omissis aliis, nobis à causa potissimum externis & internis, Retorsio definitur: quod sit injuriarum verbalium abs injuriato inconyiciantem, conservandæ famæ & existimationis gratia, iisdem vel similibus aliis verbis, ex instanti facta legitima propulsatio.

### IV.

Causa igitur Retorsionis Efficiens, sine omni dubio Jus erit, cum aliqui legitima injuriarum propulsatio dici haud mereretur. Quia verò Jus nostrum, quo utimur aut scripto aut sine scripto constat per §. 3. *Inst. de Jur. N. Gent. & C. l. 1. ff. de J. & J. h. e.* vel expressa Legislatione, s. L. latoris voluntate ita lancitum, uti auctoritate publica in scripturam redigeretur; vel sine expresso consensu solo usu introductum est. *Lindeman. Exercitar. Jusit. ad Tit. d. J. N. G. & C. th. 4. & u. Rebhan Hodogei Jur. Char. 2. elim. 1. paralel. 23. & 46.* quæstionis igitur erit: Quonam Jure introducta sit Retorsio? utrum scripto an verò non scripto? Et si quidem communiorem sequi velimus DD. sententiam, deducenda ea omnino esset ex LL. Justinianens & quidem vel ex l. 3. ff. de *Jus. & Jur. vel ex l. fin. & tot. tit. ff. quod quisq. Juris in alium stat.* vel ex l. 14. §. 6. ff. de *bonis libertor* vel deniq; ex l. 25. ff. de *procurat.* quibus DD. firmiter probari posse existimant quod Jure sit permissum existimationem & honorem suum legitimo Retorsionis remedio, adversus verbalem Injuriam inferentem, tueri atq; defendere. *vid. Harprecht. tract. crim. ad §. 12 J. de Injur. num. 90. seqq. usq; ad num. 191.* ubi inter alios magni nominis JCTos Menoch. *Consil. 107. num. 42.* allegat, ex eoq; docet: omnium ea de re hanc esse sententiam.

### V.

Quandoquidem autem in opposita l. 3. ff. de *J. & J.* non de verbali, sed ea agitur Injuria, quæ in corpus committitur, ex l. *verò 4. & T. T. quod quisq. Juris in alium statuit.* nonnisi affinitas quædam illius Edicti & hujus remedii, ut ex antecedentibus apparet, demonstrari



strati potest; æque ac in l. 14. §. 6. de bon libertor. non sit mentio  
 retorsionis, tanquam remedi alicujus vindicandi injurias, privati,  
 sed retorquere crimen ibidem dicitur de eo, qui accusatori suo per  
 modum exceptionis crimen licite objecit, cum, priusquam à cri-  
 mine sibi objecto se purgaret, de pari vel minori crimine vicissim  
 accusare non posset l. 19. C. ibiq; Brunneinan. qui accusar, non pos.  
 nec deniq; in l. 25. de procuratorib. Procuratoris exiltimatio, quæ  
 videbatur læta, per verba: Mentiris, sed per Prætorem servatur;  
 quamvis propterea, quod dixerit: Tu Mentiris, non culpetur;  
 Ideoq; textibus aliis deficientibus, tutiorem esse eorum exiltima-  
 mus sententiam, qui originem hujus remedi, non à Jure scripto, sed  
 Consuetudinario, quod juris Civilis species æque est atque jus scri-  
 ptum §. 3. & 9. r. d. J. N. G. & C. & altera quædam natura Menoch.  
 Consil. 13. num. 22. Omnesq; obligat ad scientiam cum aperta & no-  
 ta est, item ad obedientiam, aut pœnam in contractibus, delictis,  
 judiciis & aliis id genus actionibus humanis. Wesenbec. in Paratit.  
 ff. Tit. de Legib. num. 9. quod pro lege non tantum servandum, sed  
 tantam insuper vim habet, ut legem tollat l. 32. §. 1. ff. de LL. re-  
 sistissime repetunt. vid. Hahn Select. Dissert. Jurid. 12 th. 49.

## VI.

Nec est, quod hic nobis quispiam objiciat: rerum turpium,  
 atque impossibilium, nullam unquam induci posse obligationem.  
 l. 13. ff. D. R. J. l. 26. ff. de V. Oblig. multo verò minus jus ullam aut  
 consuetudinem; cum rei non bonæ consuetudo sit pessima, neque  
 præscribatur Juri Divino vel naturali ulla, quamvis longissima usur-  
 patione, maxime cum ad consuetudinem præcipuis requiratur, ut  
 licitationibilis, l. 39 ff. de LL. cap. fin. X. de consuet. Wesenbec. Pa-  
 rat. ff. de LL. num. 9. qualis est quæ non contrariatur Juri Divino vel  
 naturali, quæve non inducit peccatum, nec occasionem peccandi  
 proximam, quæ deniq; bono publico non repugnat, sicut docet Sylv.  
 in summ. in verb. consuetudo §. 2. & Roch. de Curte. in c. cum tanto  
 sect. 4 num. 24. de consuet. DD. in §. 9. J. de J. N. G. & C. Illud e-  
 nim in quæstione est: An diuturni mores quibus introductam esse  
 Retorsionem th. præcedenti demonstratum dedimus, contrarien-  
 tur



tur naturali ac Divino Juri *¶* An, si non peccatum, ad minimum occasionem peccandi inducant proximam, bonoq; publico repugnent? quod nos quidem cum Magno illo ac non tantum de hac Universitate, sed de tota quoque Provincia omnibusque bonis meritissimo *J*oco *Dn. Ernest. Cothman. Vol. 1. consil. 48. num. 98.* vel ex eo saltem capite, quod Retorsio species sit defensionis, quam omnes leges, omniaq; Jura, unicuiq; permittunt. *l. 45. §. 4. ff. ad L. Aquil. c. 3. X. de Sent. excom. cons. Wesenbec. cons. 43. num. 175.* constanter negamus & pernegamus; resolutionem argumentorum quæ Renne-*m*annus pro stabilienda affirmativa, *dict. tract. part. 2. th. 4. §. 7. 8. & seqq.* proposuit, ad publicum congressum reservantes.

## VII.

Causa Efficiens Proxima, seu subjectum agens est is, in quem (presentem sive absentem nihil inter est, docent. *Berlich. p. 5. conclus. 64. num. 9. seq. Harpr. dict. l. n. 37. & 212. Obrecht. de necessaria defensione cap. 2. num. 16.*) acerbius, falsius, inmodestius, atque etiam, injuriosius quid dictura scriptumve est, ita ut non excludatur pupillus, aut minor tutoris vel curatoris consensum non habens, modo, Injuria quid sit, quidve Retorsio, intelligat *arg. l. ult. C. qui leg. git. pers. stand in Jud.* neque filius familias. *l. 17. §. 12. de Injur.* neque deportatus. *arg. l. 17. in fin. de pœn.* neque etiam alius, qui vel potestatis, pietatis vel affectionis nomine, ad tuendum defendendumq; Injuriatum obligatus est: uti Pater, Maritus, Sponsus. *l. 17. §. 18. l. 41. l. 15. §. 24. ff. §. 2. 3. de Injur.* vel qui per latus alterius afficitur, etiam si actionem Injuriatum non habeat. *Vid. Cothman. vol. 2 Resp. § 9. num. 47. seq. vel qui speciali ad retorquendum mandato est instructus. l. 1. §. 2. & l. 25. ff. de procur. Mejer. in Colleg. Jur. Argentorat. ad tit. ff. de jur. num. 5.*

## VIII.

Quemadmodum autem remedium hocce cuivis Injuriato competit, per ea quæ th. præcedent. sunt proposita; Ita si Injuriam fuerint atrociores, non habebitur ullis, ratione subjecti patientis, vel dignitatis, vel potestatis, aut qualitatis cujusdã, respectu, sed propulsabitur quævis Injuria, præsertim atrocior, in quemcunque auctorem, eumq; qui pro tali de jure haberi potest, non minus licite, quam si quis Injuriarum actione experiri velit contra Magistratum

B

tum



tum Injuriis , privato quodam odio , subditum proscindentem .  
l. 5. C. de Jur. Fife. l. 32. de Injur. l. 29. §. 7. ad L. Aquil. vel Præce-  
ptorem castigationis modum transgredientem , discipulumq; ani-  
mo Injurianti objurgantem. arg. l. 5. §. 3. ad L. Aquil. & id genus a-  
lios. conf. l. fin. C. de Injur. in eo enim convenit Retorsio cum actio-  
ne Injuriarum, uti docet. Harpr. dict. §. 12. num. 166. & 174. Berlich.  
dict. conclus. 64. num. 16. seqq. Mejer. in Coll. Jur. Argent. d. h. th. 17.

## IX.

Diximus præterea in Definitione: Retorsionem esse propul-  
sationem Injurie verbalis. Unde colligitur, quod objectum Retorsio-  
nis, non saltim sit injuria quæ viva voce sit, ut cum quis quolibet  
convicio aut maledicto aliquem offendit vel saltem cum mentiri di-  
cit, licet additum salvo honore aut reverentia. l. 21. pr. ubi DD. de  
acquir. hered. l. 12. §. 2. de captiv. & postlim. revers. Gail. lib. 2. obs.  
101. num. 1. quamvis etiam objectum crimen verum sit. l. 5. C. de  
Injur. c. minist. & c. relegantes. 23. quest. 5. Sed etiam illa quæ scriptis  
sunt & pictura, quando sc. quis ad ignominiam seu infamiam alte-  
rius, libellum, aut carmen, picturamve composuerit, scripserit,  
pinxerit, dolove malo, quo quid horum fieret, fecerit; quia  
hæc quoque Injuria verbalis est, uti pluribus probat. Farinas part. 3.  
Crimin. quest. 101. num. 4. Gail. 2. observ. 104. §. num. 1. Rebban. Hodo-  
geth. Jur. Chart. 2. clim. 4. parale. 37. dummodo certa quædam  
persona designari possit, cui injuria scripta retorquenda; quod sum-  
mopere notandum esse monet. Harp. dict. Tract. num. 59. & hoc qui-  
dem loco notari omnino merebatur, cum famosus libellus dubio pro-  
cul, ad scriptam Injuriam quidem, sed vix ac ne vix ad objectum Re-  
torsionis referri queat, ex hac ratione, quod famosus libellus, strictè  
ita dictus, non sit, nisi nomen authoris occulretur & supprimatur.  
docent: Carpz part. 2. prax. Crim. quest. 98. num. 24. seqq. Fincelthaus.  
observ. pract. 39 per l. 5. §. 9. ff. de Injur. & famos. libell. l. unie. C. de famos.  
libell. constit. crim. artic. 110. utut dissentiant alii quas magno numero  
allegat: ipse contrarium D. Rephan: allegat. loc. parale. 36.

## X.

Formam nobis constituunt, duo illa requisita, quorum quæ-  
dam jam in ipsa definitione facta fuit mentio. Primum est, ut Re-  
torsio fiat ex instanti, quando sc. quis ipsemet præfens Injurias audi-  
vig



vit & percepit vel sibi absenti injuriam factam esse, reseivit atque cognovit, Notariumq; ad insinuandam retorsionem habere potuit. *Harpr: ad d. §. 12. num. 72. Berlich: dict: Concl. num. 22. Modestini: Pistor: Vol. 2. consil: 3. num. 34. Dom. Mey. ad J. Lub. lib. IV. tit. 4. artic. 10. num. 4.* Hoc enim sineglexerit, atque sine Justa causa tempus quoddam præterlabi passus fuerit, non defensionis sed vindictæ causa facta videbitur Retorsio, perinde ut is, qui ex intervallo vim illatam repellit, cogitato id & ad ultionem fecisse censentur. *l. 45. ff. ad L. Aquil.* Nam in ipsa concertatione, congressu, & imminente adhuc periculo repercussio fiat necesse est, si legitimæ defensionis nomine venire debeat, ut sentit communis DD. Schola. in *l. 1. C. unde vi. vid. Carpz: p. 4. J. F. consil: 46. def: 11. num. 3. 4. seq.*

## XI.

Alterum est, ut *verbis* reponantur *verba*, & quidem vel eadem, vel alia quædam similia. Si enim responsio provocatione fuerit atrocior, non erit Retorsio defensio, sed potius offensio, adeoque unicuiq; de sua injuria agere licebit, *Gail. dict: Observat: 100. n. 9. Minsing: §. obs: 17. Harpr: d. §. num. 96. Mey. alleg: n. 4.* Unde colligitur, quod, si alicui aliquod crimen per Injuriam objiciatur, Injurianti aliud crimen. *Schultz: in adit. ad Modestini: Piff: part: 3: quest: 127. num. 47.* vel mendacium additis quibusdam verbis, quæ non ad eundem effectum tendunt, sed diversum aliquod crimen involvunt & continent, retorquendo opponi nequeat. Hinc etiã non potest non probari sententia DD. statuentium: quod si Injurianti quis respondeat: Tu mentiris; fur, ut latro, Justa sit Retorsio, quia non involvitur hic quoddam furtum seu latrocinium, sed sensus est: non potuisse furem, latronem, omniumq; bipedum sceleratissimum turpius scædusq; quid fingere ac proferre; quamvis dissentiat. *Hahn. alleg. differt: th. 54.* Si verò dicatur: tu mentiris tu fur, tu latro non objicitur saltem mendacium sed & furtum, & latrocinium, eoq; ipso retorquens defensionis terminos excedit injuriarumq; actione conveniri potest, uti docet *Carpz: part: 2. Prax. crim. quest: 97. num. 27. & 28. & J. For. dict: definit: 11.*

## XII.

Nec quicquam assertioni nostræ contrariatur, communis illa Theorica, auff eine Lügen erfolget eine Mauthschelle. *vid. Besold. The-*



*saur Pract. voce Maulschell/ vel etiam articulus 140. constit. crim. Carol. V. ubi honoris famæq; defensio non saltem cum graviore alterius Injuria, verum etiam cum internecione adversarii conjuncta, licita esse videtur. Quod enim ad illud dubium attinet, respondendum esse existimamus cum Carpovio part. 2. Prax. crim: q. 97. n. 39. 40. quod Regula illa nec Jure nec ratione nitatur. Vel si hæc responsio non arriserit, distinguendum est inter concertationem hominum ejusdem vel diversi status atque conditionis; Si enim persona nobilis & indignitate constituta ab homine quodam vilissimo & infami injuriis afficiatur verbis, hæc certe nuda Retorsione sibi non consulit, maxime si adversarius Injuriam verbis remissam nullius crederet esse momenti vel efficaciam; quin potius hoc casu pro ratione circumstantiarum quæ totum Jus variant, non nihil erit indulgendum, quod alias, si cætera sint paria, difficulter admodum procederet; quamvis si rem penitus perspexerimus, pensaverimusq; nec hic secundum proportionem potissimum Geometricam, majorem, sed eandem relatam esse Injuriam, haud absurde dici possit. Berlich: dict. Conclus. num. 30. Obrecht: tract. de necessaria defens. cap. 9. num. 22. seqq. Ad alteram Objectionem eleganter respondet, Dn. Tabor, in Armament. Justit. disp. 4. cap. 2. th 7. & 11. Exaudiendum sc. esse dictum articulum cum suppositione ordinis & gradus; nempe ut impetitus sine manifesta labe & famæ jactura senesqueat subducere: ideoque famam verbis laceratam, retorsione salvet, adversarioq; verbera superingerenti, verbera defensiva rependat. Eo autem necem indefinente impetitione machinante, tum demum servato defensionis moderamine cædem invansoris impunitam fore.*

### XIII.

Notari porro h. l. meretur, quod, quæ in præcedentibus de non observata inter offensionem & defensionem proportione, proposuimus, restringenda sint ad provocatum, qui animû excedendi moderamen habuit; hic enim si abfuisse probari debito modo queat, merebitur certè provocatus, propter præcedentem provocationem & servatum quidem moderamen tutelæ, sed non inculpatæ tutelæ, uti distinguit Carpz. part. 1. Prax. Crim: quæst. 29. n. 16. auctoritate Marii Salamonii in repetit. l. 3. ff. de J. & J. si non plenariam excusationem atque condonationem, sicuti statuit Cothmann. allegat:



allegat: *Sapius Respons: num. III.* leniorem tamen, atque mitiorem longè pœnam, quam si animus offendendi adfuisset, *per ea quæ docet Mey, dict: arti: 4. n. 6* & ut ad specialiora perveniamus, non gravabitur facile injuriatus retorquendi modum excedens, palinodia, live recantatione, quæ sicuti moribus pariter ac ipsa retorsio introducta est. *Ord. Cameral. p. 2. tit. 28. §. und sonderlich sehen wir. Minfing: 2. observ. 65.* ita etiam regulariter cum quavis injuriarũ actione cumulari alias potest, arg. *l. 7 ff. de condic: furt. l. 45. pro soc. l. 34. de oblig: & act: Carpz: p. 2. prax: crim: q. 94. num. 63. Bachov: ad Treutl: Vol. 2. Diss. 30. th. 7. lit. A.* sed recantationis loco, Christiana quædam deprecatio substituenda erit, per tradita *Carpz: alleg: conslit: 46. definit: ult: ubi etiam præjudicium habet.* Imo poterit ex hac quoq; causa retorquenti ob excessum actione Injuriarum convento, in sententia, quæ alias regulariter infamat. *per §. 2. Inst. de pœn: rem: litig: honoris existimatio à Judice reservari. per tradit: Carpz: dist: quest: 94. num. 78. seqq. & Recess: Imperii de Anno 1566. §. causas injuriarum belangende.*

#### XIV

Cæterum quæ hæcenus de Retorsionis nostræ forma dicta sunt, ad formam pertinent essentialem & internam; Externa enim quæ & accidentalis alias vocatur, in eo potissimum consistit, quod vel viva voce, vel litteris perfici possit Retorsio. *Harpr: ad dict: §. 12. num. 16.* Solenniter tamen & testato, si quis injurias auctori velit remittere, bene rem suam geret, si Notario & testibus, specialiter ad id requisitis, schedulam Retorsionis tite conceprã, suaq; manu subscriptam exhibuerit, exhibitam q; publice ab eodem Notario legendam curaverit. Quæ lectione & publicatione facta, rogandus est ab Injuriato Notarius, ut iisdem vel aliis testibus adhibitis, Injurianti libellum prædictum insinuet, ejusq; responsum diligenter observet atque annotet, publicum q; instrumentum super his omnibus conficiat, usui quod esse requirenti queat. Hæc enim si probe observata fuerint, perpetuum injuriatus habebit testimonium, quo edocere possit, illatam sibi Injuriam haud fuisse neglectam, sed debito modo vindicatam. *vid. Berlich: dict: conclus: num. 15. ibi q; citat. Boer. Cer. Class. disp: 4.* In libello autem ipso exprimenda primum est ipsa Injuria, deinde verus designandus illius Injuriz auctor, id quod patet ex formulis quas collegit *Harpr. d. l. n. 127. & 128. Vekman p. 2. c. 82.*



## XV.

Subjiciuntur tandem in definitione verba, *Conservanda fama & existimationis gratia*; Quæ primarium Retorsionis finem nobis designant. Certum enim est, quod, quamvis viro honorato, levissimi cujusdam hominis, quales communiter sunt calumniatores, Injuriosis verbis revera nihil detrahatur. *per ea quæ docet Speckhan. centur. 2. D. 3. quæst. 8. per tot:* unde etiam Injuria fieri solummodo dicitur ad infamiam *l. 1. §. 2. ff. de Injur. vel infamandi causa, l. 15. ff. ead.* ac minuendæ opinionis causa. *l. 3. C. de injur. vulgo* tamen credatur, existimationem injuriis & conviciis *ple-* di; ut itaq; omnino in tantum sit redintegrandæ, in quantum læsa est ne vulgus ex prava & falsa opinione injuriis honorem depressum putet. *Carpzov. d. l. quæst. 95. n. 93. Obrecht. de necessar. defens. c. 2. n. 14.* talis enim quis existimatur, qualis dicitur, si inultam relinquat injuriam etiam perdiri hominis. *Excellentiss. Dn. D. Rahn. p. m. differt. de injur. & famos. libel. a 1658. h. hab. th. 48.* Et si regulis illis generalibus veterumq; sapientum exemplis dictisve, quæ in laudem patientiæ ex Seneca aliisque authoribus *Rennemannus, d. Tract. p. 2. th. 26. 27. 30 & p. 3. th. 27.* magno studio collegit, simpliciter esset in hærendum eodem collectionis modo, etiam injuriarum actio viro bono dissuadenda foret, cum tamen, suo quidem merito, omnium dicatur crudelissimus, qui famam negligit, vitæ, valetudini, oculis, omnibusq; bonis præferendam *can. nolo, 12. cap. fin. X. de accusat. Corth. Vol. 2. Resp. 59. n. 156.*

## XVI.

Quod si v. quispiam illud quidē nobis largiri, sed tamen in dubium porro, vocare velit; an Retorsio in optima etiā forma concepta, a Notario & Testibus specialiter ad id requisitis, lecta & insinuata, debito quoque modo ab adversa parte acceptata, & etiam publico Instrumento inserta, tantæ sit virtutis & efficaciz, uti illa vir bonus istas quas diximus malevolorum aspergines, sufficienter diluere atq; in hoc vindicationis genere, remoto omni inurendæ ejusdem maculæ, metu, & periculo, tuto acquiescere queat? Illum ut tempus redimamus, ad allegatum sapius *Cothmannum* remittimus, qui, *vol. 5. Resp. 47. n. 3.* ad propositam quæstionem in terminis quod ajunt terminantibus, eo quò solet Judicio atque dexteritate ita respondet;



spondet. Certi Juris est, injuriam illam propria auctoritate jure nos  
 repellere, & hoc ipso existimationem, quam adversarius lædere co-  
 natur, conservare, si videlicet injuriantem vel mentiri, vel vim &  
 injuriam nobis facere dicamus & testemur. Nam addit idem *auth. n.*  
*4. dict. consil.* qui alium calumniose, ac contumeliose aliquid fecisse,  
 vim ac injuriam intulisse, deniq; oblatrasse palam edicit, is eundem,  
 præsertim tacentem & silentio isto suo purgationem injuriæ com-  
 probantem, mentitum fuisse haud obscure indicat, atque adeo ho-  
 norem suum & famam servat. *DD. in l. ut vim ff. de J. & J.* Cui verò  
 hæc quoque non sufficient, is si placeat evolvat. *Besold. thesaurum.*  
*Prædicum voce Retorsion.* ubi ad propositam aliquam Facti speciem  
 rectissime decisum invenies; Non ferendum, sed ex honestorum o-  
mnium consortio excludendum illū esse, cui conviciū legitima retor-  
sionis via remissum probari possit. Illa namq; injuria, qua quis ali-  
 um malitiose affecit, ipse, Retorsione facta, manet obligatus, fa-  
 maq; ipsius apud honestos tamdiu gravata, usq; dum convicium  
 retorquenti dictum, legitime probaverit, docente Mejero. *in Colleg.*  
*Jur. Argent. ad Tit. ff. de Injur. th. 28. n. 2. & th. 21. in fin.*

XVII.

Neque tamen hoc loco dissimulandum est, quod, si provoca-  
 tus ad evitandas inexplicabiles litium, nostri præsertim temporis,  
 molestias, breviori atque compendiosiori longè via, Christianæ e-  
 tiam charitatis (verba sunt Cothmanni *d. Vol. 5. Resp. 47. n. 1. & 2.*)  
 memor, contumeliam illatam regerere potius, quam acerbiorè pro-  
 cessu prosequi maluerit, pœnitere postmodum & ad palinodiam  
 aut injuriarū æstimationem vel graviores aliquam pœnam contra  
 Reum judicialiter agere non possit, uti rectissime statuit communis  
*DD. schola*, ob rationes quas congestit *Berlich. d. conclus. 64. num.*  
*38. seq. Carpzov. d. quæst. 97. num. 31. seq. Mey. ad Jus Lub. lib. 4. Tit.*  
*4. artic. 10. num. 7. 8. Anton Faber ad C. lib. 19. Tit. 20. def. 8.* ad quos  
 Lectorem Benevolum brevitatis studio remittimus, ad contraria,  
 publicè, si occasio id tulerit, responsuri. Nisi retorsio facta sit ei,  
 qui eam pro non legitima agnoscit; præterquam enim quod con-  
 tradictoria sint: Retorsionem esse nullam & eam perimere a Ætio-  
 nem, cum utile per inutile haud vitietur, iniquissimum sane foret,  
 illo etiam casu, quo per retorsionē satis cautū non est, denegare in-  
 juriato ætionē, docente *Christoph. Besold. part. 2. Delibator. jur. ex lib*




42 ff. *quest. 20. pag. 113* 2. Notandum porro & hoc est, quod quoni-  
am Retorsio jus partis tantummodo tangit, ipsi iudici facultatem  
haud adimat injuriam, præsertim si fuerit atrox & notoria, ex officio  
coercendi. *Carpzov. J. F. p. 4. const. 42. des. 4. & Prax. Crim. quest. 97. n.*  
41. XVIII.


Exposuimus hætenus Retorsionis nostræ consentanea, restant  
E. juxta ordinem superius designatum illius contraria, quæ paucissi-  
mis jam subnectemus. Ac, cum ex præmissis jam innotuerit, dari  
hoc remedium illi saltem qui injuria est affectus; ideoque sponte sua  
sequitur, quod ubi nulla est vel fuit injuria, nulla etiam dari queat  
illius propulsatio. Excludimus igitur & arcemus abs justissimo  
propulsandarum injuriarum remedio servum, cui nulla fieri injuria  
intelligitur. *per §. 3. J. de Injur. & Bannitum, quem & impune occi-  
dere licet. per l. 2. §. 3. de adult. Junat. ord. Camp. 2. tit. 9. §. 1. fo semand  
Berlich; d. l. n. 14.* Removemus porro eos quoq; quibus convicium  
quidem dictum, neque tamen injuria fieri potuit ob absentiam doli,  
quisicuti omnium delictorum, ita quoq; ipsius injuriæ formam  
constituit; quod declarari potest exemplo furiosi. *l. 3. §. 1. ff. de Injur.  
Infantium, infantia q; proximorum. §. 9. Inst. de inutilib. stip. dict. l. 3.  
§. 1. summe ebriorum. l. 1. §. 2. de pen. C. Crapula 14. X. de vit. & hone-  
stat. Cleric. v. Vesembec. de injuriis n. 4.* Omnium autem minime ad-  
mitti poterit Retorsionis Retorsio, cum nemini faciat injuriam qui  
suo jure utitur, culpaq; & dolus penes illum sit qui provocavit &  
causam dedit injuriæ sibi relatæ. *Bologner. ad l. 3. de J. & J. num. 16. Pe-  
retz; ad tit. C. de injur. num. 9.* ut itaq; restitissime prohibita ac verita  
cum *Cothm. vol. 2. Resp. 59. num. 121. & Alciat. Resp. 34. & 36. lib. 5.  
num. 6. 7. & 8.* & in communi praxi rejecta cum *Mejero. in C. J. A. ad  
tit. de Injur. 1b. 23.* Dici possit neque enim Retorsioni contrariam  
Retorsionem opponens habet quod retorqueat, sed primæ falsæ  
injuriæ, novam accumulat. *Obrecht. de necess. defens. cap. 2. n. 27. 28. du-  
pliciq; pæna dignus est, docente Jusan. ad l. 3. de J. & J.* Quod si tamen  
vel sub specie, & prætextu Retorsionis, falso dixerit vel scripserit  
verba sibi illatam esse injuriam, & innocenti alicui mendacium  
objecerit, vel etiam modum in retorquendo excesserit, tanè hoc ca-  
su, læsus replicando famam suam legitime vindicare poterit. *per ea  
que tradit. Berlich. d. cond. n. 61/62 Harpr. d. l. n. 220. & 229. Mart. a. Dig.  
nov. tom. 2. tit. injur. c. 38. Cothm. Vol. 2. R. 99. num. 121.*

SOLI DEO GLORIA.











allegat: *Sapius Responf: num. 111. leniorem*  
longè penam, quam si animus offenderet  
*Mev. diã: art: 4. n. 6 & ut ad specialiora*  
tur facile injuriatus retorquendi modum  
recantione, quæ sicuti moribus pariter a  
est. *Ord. Cameral. p. 2. tit. 28. S. und sond*  
*observ. 65* ita etiam regulariter cum quavi  
lari alias potest, arg. l. 7 ff. de *condict. furr.*  
*lig: & act: Carpz: p. 2. prax: crim: q. 94. nu*  
*Vol. 2. Diss. 30. th. 7. lit. A.* sed recantati  
dam deprecatio substituenda erit, per *tr.*  
*46. definit. ult. ubi etiam præjudicium habet*  
causa retorquenti ob excessum actione in  
tentia, quæ alias regulariter infamat. per  
honoris existimatio à Judice reservari  
*quest. 94. num. 78. seqq. & Recess: Imperii d*  
*riarum belangende.*

#### XIV

Cæterum quæ hæcenus de Retors  
sunt, ad formam pertinent essentialem &  
quæ & accidentalis alias vocatur, in eo p  
vel viva voce, vel litteris perfici possit *R.*  
*num. 164.* Solenniter tamen & restato, si  
remittere, bene rem suam geret, si Notar  
id requisitis, schedulam Retorsionis rite  
scriptam exhibuerit, exhibitam quæ public  
dam curaverit. Quæ lectione & publi  
ab Injuriato Notarius, ut iisdem vel aliis  
libellum prædictum insinuet, ejusque resp  
atque annotet, publicum quæ instrument  
ficiat, uloi quod esse requirenti queat. I  
ta fuerint, perpetuum injuriatus habeb  
cere possit. Illatam sibi Injuriam haud f  
modo vindicatam. *vid. Berlich: diã: co*  
*Cer. Class. disp: 4.* In libello autem ipso e  
Injuria, deinde verus designandus illius  
set ex formulis quas collegit *Harpr. d. l. 1.*

B 3

mitiorem  
r ea qua do  
ongravabi  
inodia, live  
introducã  
Minsing: 2.  
one cumu  
34. de ob  
ad Treull:  
istiana quæ  
leg: confis  
hac quoq;  
ento, in sen  
m: tem: liti  
Carpz: diã:  
causas Inju

the scale towards document




Image Engineering Scan Reference Chart TE263 Serial No.

4.5

5.0

5.6

6.3

10

09

03

02

01

C7

B7

A7

C8

B8

A8

C9

B9

09A

Patch Reference numbers on UTT

Image Engineering Scan Reference Chart TE263 Serial No.

10

03

02

01

C7

B7

A7

C8

B8

A8

C9

B9

10

09

03

02

01

C7

B7

A7

C8

B8

A8

C9

B9

10

09

03

02

01

C7

B7

A7

C8

B8

A8

C9

B9

10

09

03

02

01

C7

B7

A7

C8

B8

A8

C9

B9

10

09

03

02

01

C7

B7

A7

C8

B8

A8

C9

B9

10

09

03

02

01

C7

B7

A7

C8

B8

A8

C9

B9

10

09

03

02

01

C7

B7

A7

C8

B8

A8

C9

B9

10

09

03

02

01

C7

B7

A7

C8

B8

A8

C9

B9

10

09

03

02

01

C7

B7

A7

C8

B8

A8

C9

B9

10

09

03

02

01

C7

B7

A7

C8

B8

A8

C9

B9

10

09

03

02

01

C7

B7

A7

C8

B8

A8

C9

B9

10

09

03

02

01

C7

B7

A7

C8

B8

A8

C9

B9

10

09

03

02

01

C7

B7

A7

C8

B8

A8

C9

B9

10

09

03

02

01

C7

B7

A7

C8

B8

A8

C9

B9

10

09

03

02

01

C7

B7

A7

C8

B8

A8

C9

B9

10

09

03

02

01

C7

B7

A7

C8

B8

A8

C9

B9

10

09

03

02

01

C7

B7

A7

C8

B8

A8

C9

B9

10

09

03

02

01

C7

B7

A7

C8

B8

A8

C9

B9

10

09

03

02

01

C7

B7

A7

C8

B8

A8

C9

B9

10

09

03

02

01

C7

B7

A7

C8

B8

A8

C9

B9

10

09

03

02

01

C7

B7

A7

C8

B8

A8

C9

B9

10

09

03

02

01

C7

B7

A7

C8

B8

A8

C9

B9

10

09

03

02